Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26237
Copyright: Admont, Benediktinerstift

114

que postea recte dominice passionis et lateri sanctorum apostolorum uita
consepta sancte ecclesie admixta innuit.

Issachar asinus fortis accubans inter terminos. Vidit
requiem quod esset bona et terram quod optima et supposuit humerum
suum ad portandum factusque tributis seruiens. Per hec uerba hec
tibi significatur doctrina legis operum data. et propositum eius se
ad mandata dei tamquam latura scrutanda. Dicitur namque uidisse
requiem quod esset bona et terram quod optima. id est mente degustasse
quam esset dulce in dei mandatis sensum occupare. Dicitur que ideo
supposuisse ad portandum humerum dicitur: id est toto conami
ne ad scrutanda diuini uerbi. eloquentia mentem intulisse
ac prouectos inferiores quosque ei munia et honorem tamquam ma
gistro et preceptori detulisse. Consideret huic intelligen
tie librum paralipomenon. qui de hac tribu ita dicit. De filiis
quoque ysachar uiri eruditi. qui nouerant singula tempora
ad precipiendum quicquid facere deberet israhel principes. cc.
Typum autem gestat hic asinus fortis gentilis populi qui antequam
dominum habuisset sessorem brutus erat. et frenorum inpaci
ens proprio libitu ferebatur. Post quam autem dominum sessorem ha
bere innuit. fortis asini nomen abeo mutuauit. Qui
uidit requiem quod esset bona audiens assessore suo. Venite
ad me omnes qui laboratis et honerati estis. et ego uos requie
scere faciam. Terram et quod optima esset perspexit quae relic
tis philosophorum inanibus doctrinis. ad scripture sacre
lectionem se studiosissime uertit. Unde quae didicit inter
alia non auditores legis iustos esse sed factores legis iusti
ficari subaudiuit. Supposuit humerum suum posse man ad portandum. id est totum suum
datis subiectit. diuinis et maxime in dilectione dei et pro
ximi. Neque enim proximus diligitur. si non portetur et adiuuetur:
factusque est tributis seruiens. Quasi enim quendam tributum cot
tidie persoluit. audiens ab apostolo. Reddite omnibus debita.
Cui timorem. timorem. Cui honorem. honorem et reliqua.